montes qui stillabunt dulcidinē & colles qui con
siti fuerint. Postquā converterit dns captiuita
tē populi sui isrl. Aedificabunt ciuitates ante
desertas & habitabunt in eis. Et unaqueque extruc
ta ciuitas dicat, Ego ciuitas firma. Ciuitas quae
oppugnator. Et de qua dns in euangelio loqui
tur; Non potest ciuitas abscondi in montē po
sita. & in psalmis dicitur: Fluminis imp&us
laetificat ciuitatē dī; Plantabunt quoque
uineas cū noe & bibent uinū earū. Inebria
buntur & audient a dno saluatore: bibite ami
ci & inebriamini. Bibent autē uinū quod se in reg
no patris cū apostolis suis nouum bibiturum eē
pollicitus est. haec est uinea sorech. Cuius
uinū cotidie in mysteriis bibimus. Nec hac re
rum felicitati contenti propter delicias faci
unt ortus. Et rigabunt eos ut nulla desint in eis
genera uirtutū Et comedent fructus eorum.
Qui enī plantauerit & rigauerit ipse comed&.
Cū haec omnia montes & colles fecerint stil
lantes dulcidinē & aedificantes ciuitates & ha
bitantes in eis. Plantantes uineas & bibentes
uinū earum. Facientes hortos & comedentes
fructus eorū. Tunc ipsos plantatores. Planta
bit dns super terram suam de qua dicitur. Credo
uidere bona dni in terra uiuentiū. Et in euan
gelio beati mites quo ipsi possidebunt terrā.
Postquā autē plantauerit eos. Et firmā in al
tum radice solidarit non euell& ultra de ter
ra quā dederit eis. Ex quo intellegimus ecclesiā
usque ad finē mundi. Concuti quidē psecutionib;

sed nequaquā posse subuerti temptari non
rari. Et hoc fi& quia dns dī omps. siue dns dī eiu
Id est ecclesiae se facturum esse pollicitus est
Cuius promissio lex natura est;

FINIT IN AMOS EXPLANAT LIB III

INCIPIT EXPOSITIO IN IONA PROPHETA LIBER UNUS.

Triennium circiter fluxit post quam quin
que proph&as interpretatus: micheam. Na
um. habacuc. sophoniam. aggeum. & alio o
pere detentus non potui implere quod caepe
ram; Scripsi enim librum de inlustribus uiris.
& aduersum iouinianum duo uolumina. Apo
log&icum quoque & de optimo genere interp
tandi ad pammachium & ad nepotianū uel
de nepotiano duos libros. & alia quae enume
rare longum est; Igitur tanto post tempore
quasi quodam postliminio. A iona interp
tandi sumens principium. Obsecro ut qui
typus est saluatoris & tribus diebus ac tri
bus noctibus in uentre co&i moratus est. p
figurat dni resurrectionē. Nobis quoq: fer
uorem pristinū tribuat. Ut sci ad nos sps me
reamur aduentū; Si enim ionas interpta
tur columba. Columba autem refertur ad
spm scm. Nos quoque columbam ex aduentu
ad nos interpraetemur columbe; Scio uete
res ecclesiasticos tam grecos quam latinos su
per hoc libro multa dixisse. & tantis quaesti
onibus. Non tam aperuisse quam obscurasse
sententiam. ut ipsa interpretatio eorum

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc254/0210